



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. Marianus & Jacobus MM. 30. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

30. April. VITÆ SANCTORUM. 275
obedientiam anxias suorum cogitationes revocaturus. Ex humanis abiit octogenario major, die jam prospetto atque indicato. Curam suorum ne à morte quidem posuit, increpare somnolentos solitus, excitareque ad divinas laudes, mirâ benevolentia, quâ tamen erga nos Angeli quotidie utuntur, exiguo operæ pretio. Quid vis? Deus ipse ad ostium stat & pulsat; neque tamen expurgisceris. Ex Lippeloo.

Christus per Mysterium suum tibi videatur in ore, & Christus per sui amoris incendium tibi vivat semper in corde, ut congruat etiam tibi, quod sponsa dicit in Canticis. Fasciculus Myrræ dilectus meus mihi. S. P. Dam. l. 7. Ep. 19.

SS. MARIANUS & JACOBUS MM.
30. Aprilis.

Annus ducentesimus sexagesimus secundus par nobile Martyrum habuit: MARIANUS alter, alter JACOBUS fuit. Et illum quidem pollice suspensum pondera talis annexa tentissimis nervis ad ima retrahebant; sed ad carceres reducti, animus in cælum abiit, æterni convivii promulgide recreandus, quam in pulcherrimum industo triclinium, S. Cyprianus propinavit, hand gravatè pro unâ illius guttulâ omnem sanguinem dатuro. JACOBUM interea

S. 2.

PRO-

276 VITÆ SANCTORUM. 30. April.
proprio Martyrum baltheo Angelus cin-
xit. Ita hic robur suum induit, alter babit.
Nec multò pōst novus cælo uintius mit-
titur de venustioribus ephebis, qui serto
vice torquis indutus, & palmain venti-
lans (nam & ipse nuper una cum matre &
gemello trucidatus fuerat) MARIANUM
& JACOBUM ad martyrum condicere con-
vivium jubet. Nec illi tam lautas epulas
aspernari, aut morari diutiū ausi, poste-
rā die dederunt symbolum ambo capite
plexi. Nihilominus equites toto duflisi
cælo malum minari carnificibus visi, qui
tam candida innocentiae lilia demessu-
sent. Ex Surio.

Dies noster ultimus, certissimum est, no-
bis quod veniat; incertissimum est, quando,
vel ubi, vel unde nobis adveniat: nisi
quod senibus est in januis, qui juvenibus est
in infidiis. Guerr. ser. 3. de Advent.

B. FRANCISCUS SENENSIS.
30. Aprilis.

ETiam FRANCISCUM viderunt Se-
næ libertatem mundi repudiare, &
servis VIRGINIS accedere. Quam-
quam non tunc primum transiit in servi-
tutem VIRGINIS; natus in hanc est.
Siquidem mater FRANCISCO plena li-
lum sibi parere est visa, ex quo alia at-
que alia pullularent, quibus MATREM
VIRGINEM coronaret. Videbatur deinde